



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspvrgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

XIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

famulæ S. AFRÆ à Gaio Rhætiæ præside flamis  
addictæ quæ Palum mortualem osculo venera-  
ta, illiique alligata lento igne subiecto inter Iesu &  
Mariae nomina cōflagravit Christianæ fidei illustrissima  
Victima, cuius insignes & Crystallo inclusæ Reliquiæ  
istic proponuntur. Ex Bau. Santa, & Sacrarij  
Indice.

## X.

**I**N peruetusta GLADBACENSI Abbatia à GE-  
RONE LUDOVICI Saxonis Filio Archiepiscopo  
Colonienſi circa A.C. DCCCCLXXI. instituta  
S. LAURENTII CAPITIS ostensio, quod ibidem  
nuper adeò Rex Hispaniæ Philippus IV. magnis  
precibus ac donis à Præfule impetrare frustra  
molitus est. Tesch. in Annal.

## XIII.

**H**Ac die ad meliores abijt PHILIPPVS de  
Heinsberg Archipræſul Colonienſis, A postolico  
Spiritū plenus supra humanas Spes aut metum  
Aulæ suæ dicere solitus: *Velle ærumnis carere idem  
esse, ac velle CHRISTO tergum vertere, & illum solum  
sub CRUCE perfidè relinquere.* Idem hereditarijs  
opibus fundavit Collegium cognominémq; Heins-  
bergensem Ecclesiam, ac pluribus istic munificen-  
tiæ

tiæ vestigijs relictis, migravit in cælum, vbi Deus ipse merces ipsius erit, magna nimis. Ex Annal. Patriæ.

## XV.

**N**E O B V R G I Aulico in Sacrario. Elevatio CAPITIS B. STANISLAI Kostkæ, à serenissima Glos: Mem: ANNA CATHARINA CONSTANTIA Regia Poloniae Principe reliqua inter Cimelia allati: quod Serenissimus eius Coniux PHILIPPVS WILHELMVS C.P.R. Bavariae, Julie Dux &c. præcipuâ veneratione colit; hereditario erga nobilissimam Polonia gentem, ipsumque B. KOSTHAM affectu ex sanguine B. RICHEZÆ Palatinæ Polonorum quondam Reginae sibi innato, ut in Genealogica 21. Martij huic opusculo insertâ B. RICHEZÆ Arbore, qui velit, leget. Beatus hic se totum Numinis cultui in Societate IESV dicavit, exactissimum omnium virtutum speculum, qui verus. Obitus sui vates ipso Assumptæ olim in cælum Reginæ die Anniversario, ab eadem invitatus & assumpitus est, ut quam unice coluerat in terris, æternum complectetur in celis. Ex vita eiusdem,

## XX.

**I**N Clivia nobilium Virginum Sleedenhorstano